k ¶ Noluerit. hoc ipso ꝙ iurare nō vult ꝑsumptio est ꝯ eū ꝙ tāq̄ excōicat⁹ vitabit. si. ꝫ. de heꝛ. excōicam⁹ §. q̄ ꝟo. cū ꝯstet ꝙ violētas man⁹ i illū iniecit. sic etiā ꝓ ꝯuicto habet q̄ se nō purgat. ꝫ. de simo. de hoc. ꝛ. ꝫ. de pur. cano. c. cū. P. ꝛ. c. inter. in fi. Itē hic habeo ꝙ lz cleric⁹ nō seruet habitū suū adhuc retinet priuilegiū suū. vñ ꝫ. ꝭ. eo. in audiētia. hoc intellige ante trinā admonitionē illud cū suis similib⁹ post: qz tūc perdit priuilegiū. B.

† Con-cor. tex. in. l. si q̄ ꝑ calūniam. ꝛ ibi glo. ꝛ Bar. C. ꝺ epi-sco. et cleri. Idē i. l. item apud labeonē §. si q̄s ꝟgines ff. de iniur.

e ¶ Matre. nū quid noie mr̃is intelligimus oēs ascēdētes ꝟm legē? videtur ꝙ sic. ff. de ꝟb. sig. appellatiōe. ꝛ noie filij oēs etiā descendētes vt lex dicit. ff. e. liberoꝝ. ꝑ leges istas videtur ꝙ sic in casu isto: nō credo hoc extēdēdum ad ascendētes vel descēdētes cū minor fiat iniuria vnde non est extendenda licentia. ꝫ. de deci. c. tue. B.

f ¶ Turpiter. Huic eñ parcit canō: qz tam iustū dolore cōpescere nō posset. C. ad. l. iul. de adul. gracchus et lex permittit illū occidere sic inuentum. ff. de adul. ꝙ ait lex §. ꝙ ait. al's ex interuallo non liceret. B.

Occidere q̄ñ liceat.

g ¶ Nō ꝯtingit. Qz tūc nihil iterest ei⁹: imo culpa ē immiscere se rei ad se nō ꝑtinēti. ff. de reg. iur. culpa. B.

Si vero. ¶ Tres sunt partes. secunda ibi: vel si. tertia ibi: ab illo. Abbas siculus.

diuisio

¶ Glo. se. exponit lfam. alle. duo iura. querit ꝛ soluit secundo querit et soluit. tertio querit. ponit opi. Ala. quā dicit tutiorē. ꝛ contrarium. Tā. quam approbat.

h ¶ Ignorauerit. Ita ꝙ ignorātia ꝓbabilis fuerit alias nō excusaretur. ꝫ. de cle. excō. mi. aplice. ꝛ. ꝫ. de eo qui renū. epa. c. j. ꝛ. ij. Quid si tōsurā vidit ꝛ eū clericū nō credit? Rñdeo incidit in sñiam dum tñ clericus sit. Quid si in veritate non erat clericus: lz tonsurā deferret: ꝛ illū percussisti credēs illū clericum? Propter cōscientiam teneris: nisi postea cert⁹ efficiaris. ar. xj. q. iij. qm̄ multos. scđm vnum casum. Quid si credideris percutere titium laicum et in persona errās percussisti

Non dubiū. ¶ Glo. se. reci. ꝑ. q. an cōuersi secularū ecclesiarū ꝛc̄. arg. ꝙ nō a cōtrario huius littere tener contrariū dicēs ꝙ quidam tenent primum.

l ¶ Religionis conuersos. ꝭ. e. ex tenore. ex eo ꝙ dicit religionis vr̃ ꝙ cōuersi seculariū ecclīarū nō habeant hoc priuilegiū. ar. xx vij. q. j. lex cōtinētie. Sed dicēdū est ꝙ ex q̄ tradiderūt se ꝛ sua diuino obseq̄o siue i seculari ecclīa siue in regl'ari: iā cēsent ecclīastice ꝑsone: et ex toto trāslati sunt i forū eccl'ie. vñ habēt immunitatē ecclīasticā. xvij. q. iiij. quisq̄s. Et dicit decretū ꝙ tñ duo sunt gña xp̄ianoꝝ. Vnū ꝙ dedicatū ē diuino obseq̄o vt clerici ꝛ cōuersi. Aliud genus vt laici. xij. qō. j. duo sunt. Quidā tñ voluūt dicere cōtra. sed benignius est dicere ꝙ sic vt eoꝝ gaudeāt priuilegio quoꝝ vitā ꝛ religionē assumūt. vt. ꝫ. de sta. mona. recolentes.

Xp̄ianorum genera sūt duo.

m ¶ Ex ꝯstōne cōcilij. xvij. q. iiij. si q̄s suadēte. in qua ꝯstōne nulla fit mētio de cōuersis: sz ꝑ hoc. et. ꝭ. ex tenore extendit ad cōuersos. sic qđ dr̃ de monachis extēditur ad regulares. ꝫ. de postu. ex parte. et illa ꝑ ꝯhō ad.

omnes conuersos vt dictum est. j. eo. canonica.
a ¶ In articulo mortis. Et in alijs casibus qui habetur. j. eo. cū[illegible] vbi de hoc. Ber.
Mulieres. ¶ Tria sunt dicta. secūdum ibi. de his vero. tertium ibi: illi. Abbas siculus.

¶ Glosa sequēs recit. p questionē
b ¶ Sui iuris nō sunt. Ut sunt serui: sed hoc intellige fm distinctionē illi' decr. j. e. relatū. Nec itelligas hoc sz būs de filijsfamilias qui dū sunt in pria ptāte nō dicunt sui iuris qz tales debent ad curiam mitti nisi sint ifra pubertatē. j. eo. [illegible] nis. r. c. vlti. B.
c ¶ Laborem veniēdi. hoc referas ad arbitriū epi. ar. ff. de [illegible] ob. ztinu'. [illegible] cum ita. Et si videbit episcopo q laborē eundi nequeat sustinere pter periculū more illum absoluere pōt recepta sufficienti cautiōe q parebit consilio sine responso pape. arg. optimā. §. ti. pri. c. vlti. r. j. e. decetero. et. c. sacro. Si so periculum non timetur consulatur papa antequā absoluatur. et hoc dicere videtur littera ista. Ber.

culo mortis[a] sine ro. pōti. absolutionis possunt beneficiū impetrare. Idem.

¶ Mulieres q̄ inciderūt i canonē si qs suadēte: absoluuntur ab epo. Idē in illis q̄ non sunt sui iuris: vel sunt delicati de quibus dubitabat q nō possent zmode accedē ad curiā. r. h. d. vsq ad [illegible] illi. Ca. vi.

Mulieres vel alie psone q̄ sui iuris[b] non sunt ab epo dioce. absolui pñt: si manus in clericū iecerint violētas. ¶ De his so qui magne nō sunt potētie et ita delicati q laborem[c] veniēdi ad se. ap. nequeūt sustinere: rñdem' q stat' psone prius et sitas negocij est intimāda ro. pō. r secūdū cōsiliū ei' tales erūt de commisso scelere corrigendi.

¶ Mandās clericū pcuti excōicatus est sicut percutiens.

¶ Illi so q̄ nō p seipos sz eorū aucte vel mādato: alij violēter iniiciūt man' i clericos ad se. apo. sunt mittēdi: cū is cōmittat vere cui' aucte[d] vel mādato delictū zmitti pbat.

Idē. ¶ Excōicat' p iniectionē manuū i clericū: lz occurrit' absoluit[illegible] p solū papā. Ca. vij.

Porro si aliq̄[e] violētas man' in fratres suos[f] iniiciūt: et ducti penitētia nō cōuicti sz priuatim a te veniā postulant: eos monere debes r iducere vt his q̄s leserūt cōgrue satisfaciant[g]: r aplico se cōspectui rep̄sentēt: cū a te vl' alio sine spāli mādato ro. pō. absolui nō possint. Idem.

¶ Etiā priuilegiati tenent vitare excōicatū. r p iniectionē manuū i clericū excōicati sūt

Nulli se pñt (Ca. viij. priuilegio apo. se. tueri: q̄min' excōicatos vitare[h] debeāt: et pro violēta manuū iniectione in clericos sicut excōicati vitari. Idem epis et alijs plātis p galliā zstitutis.

¶ Percutiens monachū vel conuersum religiosum debet denunciari excōmunicatus r vitari: donec fuerit per papā absolutus. Capitulum. ix.

Parrochianos vros si q̄ in mōachos[i] vl' cōuer

c. ff. ad mace. si tū. r. l. si fili'. et. ff. qd iussu. l. j. rñso. j. r. §. de pcu. mādato. r. c. ex isinuatiōe. r. §. de rescrip. ex pte. ttj. Sed pone q mādator ante iniectionē manuū moriat: tūc nō erit excōicatus qz mādatū morte extinguit. ff. man. inter ceteras §. j. et. §. de of. dele. relatū. r. c. licet. r ecclia nō ligat sub terra. arg. j. eo. a nobis. r. xxiij. q. ij. ligatur. argu. a cōtrario. Itē pone q nō mādat sed ratuz habet ex postfacto nūquid icidit in canonem? Quidā dicunt q sic: qm ratihabitio locū habet in maleficijs. ff. de vi et vi ar. l. j. §. quotiēs ff. d' his q̄ no. in fa. qd ergo. arg. C. de incest. nup. l. ij. et. §. de resti. spo. cū ad sedē. in fi. Arg. cōtra. ff. manda. si so §. si post. nō credo q in casu isto incidat i sententiam. licet ex postfacto ratuz habeat cum hoc fecerit causa sui et ei' nole: secus si potuit phibere r nō phibuit de hoc dicet. j. e. quante presumptionis. Ber.
Porro si. ¶ Glo. sequens recit. per obiec. quam tripliciter soluit.

¶ Glo. seq. obijcit r soluit r q̄rit sol. iterū q̄rit r sol. Ultimo querit. ponit opi. z quam alle. vnā. l. et. q. soluit.
d ¶ Aucte vel mādato. Sic. §. de resti. spo. cū ad sedē. ad finē. r ille dr facere q̄ p aliū facit. ff. de admi. tuto. ita tū §. gessisse. r. xvj. q. vj. cōsuetudo. in fi. r. j. e. vt fame §. vlt. r. C. de accu. nō ideo. r. ff. ad. l. aquil. liber hō. in pn. r. ff. de iurif. om. iu. si qs id §. vlti. et qui cām prebuit vel opē. tenet. ff. vi bo. rapto. l. iiij. §. si cū seruū. r. §. de homi. sicut dignū §. ij. r. §. de iurisj. c. vlti. Sed videt q ille q̄ mādato alteri' hoc facit nō teneat maxie si habeat in illo ptātem vel ei subiect' sit. arg. ff. de reg. iur. nō vr. r. l. pdicta. ff. ad. l. aql. liber hō. ij. Sed zriū verū est. qz pceptū iniustū fuit cui nō debuit obedire sz deo poti' q̄ hoi. j. e. relatū. r. xj. q. iij. iulian' nō sēp. r. xxiij. q. j. qd culpat. i fi. r. ff. de vi r vi ar. l. j. §. q̄tiēs. r. j. eo. vniuersitatis: qz nec illa ptās data est laico sup clericū. §. e. si so §. j. Sz pone q mādauit sz ante manuū iniectionē penituit qd erit? Rñdeo nichilominus in canonē incidit nisi reuocauerit mādatū: ita q reuocatio ad ipm puenerit. arg. ff. mā. si mādassem

Clericū pcussit mandans r ante pcussionē penitens an incidat in canonem.

e ¶ Si aliqui. Qui non sunt fratres illorū quos leserunt qm si fratres essent et se adinuicē percussissent abbas eos absoluere potest. §. eo. monachi. et. j. eo. cū illorum. Uel potest intelligi de alijs q̄ de monachis. quod verius videtur. r loquitur episcopo.
f ¶ Fratres suos. Et alia littera habet tuos r̄ plenior est littera. r sic est in antiqua. Ber.
g ¶ Satisfaciāt. Ar. q non valet penitentia sine satisfactione. §. de vsuris. cum tu. et. xiiij. qō. vj. si res. r xxiiij. q. ij. legatur. de pe. dist. j. neminem. Ber.
Nulli. h ¶ Uitare. §. de priuile. cū r plātare. r c. vt priuilegia. ad hūc enī casum priuilegiū non extēditur. Sed nūquid papa cōicando excōicato incidit in canonē? Dico q nō licet als male faciat. de hoc dicitur. j. eo. si qn. qm princeps legibus solutus est. ff. de legi. princeps. r. C. e. digna vox. ipse enim solus interpretatur leges. j. inter alia. vbi de hoc.

Papa excōicato cōicādo nō incidit in excōicationē.

Parrochianos. ¶ Glosa sequēs successiue de duobus querit et soluit.
i ¶ In monachos. Sed nūquid monachus poterit agere actione iniuriaz? dic q nō. sed actio cōpetit mo-

nasterio ꝛ aget syndicus monasterij: sicut actio iniuriarū cōpetit dño si iniuria fit seruo etiā aget dñs ꝛ nō seruꝰ. isti. de iniurijs. §. seruꝰ autē. Quid si remittit monachꝰ iniuriā: nichil agit qn possit agere monasteriū. sic ꝫ filiusfamilias remittat iniuriā factā sibi: pater nichilominꝰ agere pōt ꝑ iniuria filio irrogata. ff. de pac. in psona immo ꝛ si iniuria fieret filio volēti pr̄ agere posset. ff. de iniur. l. j. §. vsqꝫ. mōasteriū ꝟo iniuriā factā monacho pōt remittere. secꝰ in ecclia secĺari: qꝛ nō posset remittere iniuriā factā clerico. arg. xvij. q. iiij. qsqs. Uin.

a ¶ Cōuersos Sic. j. eo. c. pxi. ꝛ. s. e. nō dubiū. vbi de hoc.

b ¶ Gn̄alis decreti. xvij. q. iiij. si quis suadēte.

¶ Glo. seq. qrit. arle. ꝑ ꝛ contra. ꝛ soluit. Iterum qrit ponit duas opi. ꝛ soluit.

c ¶ Satisfaciāt. Sed cui dabit satisfactio? Per litterā istā videt ꝙ ipsi monacho vel cōuerso leso: vt dicit hec lr̄a. Sed cōtra videtur. xij. q. j. nō dicatis. ꝛ. ff. ꝓ socio. l. si iter fratres. §. vlti. De iniuria facta seruo dic vt insti. de iniur. §. ꝙ si vsufructus. ꝛ §. seq. In mōacho ꝟo vel cōuerso qui ꝓpriū nō habet: satisfactio non dabitur monasterio. ꝛ quod hic dicunt leso si datur leso satis datur monasterio: quia quicquid monacho dat: monasterio acqrit. s. de sta. mo. cū ad monasteriū.† Clerico aūt seculari debet dari qui lesus est. Si clericꝰ inde decedat dic vt. s. de pe. pbri: ꝛ ex iniuria plures oriūtur actiones. ff. de iniur. l. j. §. vlti. Sed corā quo estimabit hec iniuria? Respōdēt quidā ꝙ corā iudice pcussoris. insti. de iniur. §. sed postea. ꝛ sic interdū in foro seculari. Uin. dicit ꝙ ratione accessiōis estimabit corā iudice eccl'astico. sicut dr̄ in dote. ar. s. de conu. ser. proposuit. in fi. ꝛ. s. de dote. post diuor. resti. c. j. q. et. iij. sed hoc itellige cū querela excōicationis defertur ad ecclīasticum iudicē. tūc estimabitur iniuria corā ipso: qꝛ aliter nō absoluit vt hic dicitur. Si ꝟo clericus simpliciter vult cōqueri de iniuria sibi irrogata satis videt ꝙ debeat sequi forū rei: papa tamē quotidie dat litteras clericis cōtra laicos nomine etiam suo. ꝛ de hoc. xj. q. iij. c. vlti. Ber.

† Con. coi. tex. l aut. si q̄ mulier. C. ꝺ sacro san. ec. ꝛ bar. a. 3tio sensu l. l. si fuꝰ testō. et ibi bar. ff. stipula. ser.

E Xtenore. a ¶ Primo ponit forma pcepti. Secūdo correctio delicti. secūda ibi: mādamus. Ab.

¶ Glosa seq. reci. per. q. ad quid ꝛc. ꝛ an sit idem ꝛc.

b ¶ Debeat. Qui sic iurat nō est astrictꝰ nisi ad iustū mādatū. arg. s. de elec. cūm quę. ꝛ. s. de iureiu. venientes. ꝛ. c. quintauallis. ꝛ. ff. ꝓ socio. si societatē. ꝛ. ff. de ope. lib. si libertꝰ. et idē est sic iurare acsi iuraret stare mādatis ecclie. ꝛ illa est recta forma. ꝛ. s. ꝺ ap. ad hoc ꝛ ꝓ hoc iuramētū hoc tantū prelatus pōt pronūciare sequit in lr̄a: ꝛ ꝙ satisfaciat leso. s. c. pxi. ꝛ. j. eo. ea noscitur.

e ¶ Ne decetero. Sic. j. eod. grauem.

f ¶ Defēdēdo. s. eo. si ꝟo. j. B.

g ¶ Mādato suorū. Dū tamē mandatū sit iustū: vl' saltē si dubitet. xxiij. qō. j. qd culpat. in fi. si aūt sit iniustū non est obediendum. xj. q. iij. nō est. ꝛ. ca. iulianꝰ si dñs. Exēplum de mandato habes. j. e. vniuersitatis. ꝛ. ca. vt fame. §. j. alꝰ non excusat. s. e. mulieres. ꝛ. j. e. vniuersitatis. B.

h ¶ Prelatorum. Idem est si habeat officium in ecclesia ratione cuꝰ corrigere potest inferiores clericos: vel magisterium vt hic. ꝛ. j. eo. cū voluntate. vbi de hoc. ꝛ. s. ca. j. Ber.

† Adde text. et ibi ꝺ rōne qre socij minus puniātur. in. l. cū pat. §. dulcissimis. et ibi not. ff. de le ga. ij.

sos[a] prefati ordinis violētas manꝰ iniecerint: sublato appellationis remedio ꝫm tenorem gn̄alis decreti[b] excōicatos publice nuncietis: ipsosqꝫ faciatis sicut excōicatos arctius euitari: donec lesis congrue satisfaciāt[c] ꝛ cū lr̄is vr̄is aplico se ɔspectui reꝑsentent. I dē genuē. archiepiscopo.

¶ Ponit forma precepti: qd sub ꝟtute iuramēti fieri dꝫ illi q̄ ꝑ violēta manuū iniectione excōicatꝰ absoluit. Ca. x.

EX tenore lr̄arum tuarū nobis inotuit. ꝙ. B. canonicꝰ in quedā subdiaconū manꝰ iniecit violētas: et ifra. ¶ Mādamꝰ itaqꝫ q̄tenꝰ recepto ab eo iuramēto ꝙ tuo debeat[d] mādato parē: ipm vice nr̄a a sn̄ia q̄ tenet absoluas: sibiqꝫ i ꝟtute iuramēti pcipias ne deceto[e] i clericū/ mōachū vel alicuiꝰ religiōis ɔuersum manꝰ iniiciat violētas: nisi se defendēdo[f] aut de mādato[g] suoꝝ fecerit prelatoꝝ:[h] vel nisi sup eū platiōis[h] ministeriū aut magisterium habeat: aut cū ipso in eadē ecclīa sociꝰ[i] eē noscat. †. I dē cenomañ. epo.

¶ Excoicatū ꝑ pcussione clerici absoluit eps si sine periculo papā adire neqt. dꝫ tn̄ sibi mādare ꝙ adeat papā impedimento cessante. Capl'm. xj.

DEcetero noueris ꝙ si quis pro violenta manuum iniectione in clericū est vinculo excōicatiōis astrictꝰ si hn̄s capitales inimicitias/ vel alias iustas[k] excusatiōes quibus ab itinere rationabiliter excusetur. ita ꝙ sine periculo aplico se nequeat cōspectui presentare: licet dioce.[l] epo recepto iuramēto[m] secundum morem ecclesie sibi absolutionis gratiam impartiri. ¶ Sed est illi sub iuramenti debito iniungendum vt cū cicius oportunitatem habuerit romanum pontifi. adeat/ mādatum apostolicum suscepturus[n]. U rbanus tertius

i ¶ Glosa seq. ratione reddit quare socius excipitur.

i ¶ Socius. Hoc dictū est ꝓpter assiduā cōuersationem vñ presumit ꝙ facilius manus iniiciāt in seipsos qnqꝫ venitur ad verba ꝛ sic ad factū. ꝛ ratione presumptionis non precipit de socio. sic ꝓpter presumptionē iuramentū quādoqꝫ nō indicit clericis. s. de coha. cle. ꝛ mulie. clericos. ꝛ. s. de presump. litteras. Ber.

D Ecetero. ¶ Due sūt ptes. Scd'a ibi: sed est. Ab.

k ¶ Iustas excusatiōes. No. ꝙ in omni edicto itelligit rōnabilis excusatio vt h̄ patet qūcūqꝫ pcise scribat exceptiōes legitime excipiūt. vt. s. de offi. delega. ex pte. q. ꝛ. s. ꝺ rescrip. si oñ. In qbus casibꝰ qs ab itinere excusetur. habes. j. e. quis. ꝛ in lr̄a. ꝛ in glo. B.

¶ Glosa sequens querit ꝛ soluit.

l ¶ Licet diocesano. Nūquid ꝛ presbytero? respondeo in summa necessitate licet. arg. xvij. qō. iiij. si quis suadēte. ꝛ. s. e. nō dubiū. alꝰ nō nisi hoc faceret de mādato epi. xxvj. q. vj. c. vlti. quia eps hanc absolutionē bene potest cōmittere. s. de offi. or. ca. vlti. Ber.

m ¶ Iuramēto. vt dictū ē. s. e. c. pxi. si. j. e. quis. i fi.

n ¶ Susceptur. Nō dicit absoluēdus: qꝛ iā erat absolutꝰ: qꝛ obligatio semel extincta nō reuiuiscit. de cons. di. iiij. qrit. ꝛ. xxiij. q. iiij. si illic. de pe. dis. iiij. diuina

senoñ. archiepiscopo. ¶ Cū papa absolutionem excommunicati delegat: mādat recipi cautionem de parendo mandatis ecclesie.

Capitulum. xij.

AD hec[a] cum inter parrochianos tuos: et infra. ¶ Romana ecclesia absolutionē snie delegatorū iudicū neq̄q̄ ꝯsueuit alijs[b] delegare: nisi in lrīs cōmissionis ꝯtineatur exp̄sse de sufficienti[c] cautiōe p̄stāda ab his qui solui debent q̄ iudicio ecclīe debeant obedire. ¶ le. iij.

¶ Excōicat⁹ ꝑ canonē / si q̄s suadēte. si diues / vel pauper ꝑ papā absoluend⁹ est: vel ei⁹ legatū. fallit in muliere / sene / infirmo / vl' mutilato qui per episcopum absolui possunt.

Capitulum. xiij.

EA noscit̄: et infra. ¶ Cōsul. t. t. duxim⁹ rn̄dēdū: q̄ mulieres[d] / senes: et valitudinarij[e] seu mēbrorū destitutionibus īpediti: lz ad apo. se. non veniāt / ab epis valeant fidelium cōmunioni restitui: satisfacto iuxta facultates[f] his quibus ꝑ eos cōstiterit iniurias irrogatas. ¶ Alios aūt siue pauperes[g] / siue diuites sedi apo. vel legato[h] ei⁹ vt beneficiū absolutionis obtineāt necesse est presentari. ¶ Si ꝑo infirmitatis tp̄e timore mortis bn̄ficiū fuerit absolutiōis indultū: iuramēto p̄stito iniūgatur eisdē vt postq̄ sanitati fuerint restituti / ad ro. ec. vel ei⁹ legatū accedant / mandatum apo. sup talibus recepturi[i]. Idem. ¶ Ante denūciationem vitandus est excōmunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos nisi sit occultus. hoc primo. Interficiens clericū qui contēpto clericali habitu se enormitatibus immiscuit excommunicatus non est hoc secundo. Capitulum. xiiij.

CUm nō ab hoīe: et infra. Cōsul. t. t. r. q̄ a cōmunione illius q̄ ꝑ sacrilega manuū iniectiōe ī clericū in edictū excōicationis incidit: licz denūciat⁹[k] non sit: debes abstinē: nisi forte id tibi soli pateret / ī quo casu ipm priuari tm̄modo euitabis / q̄diu ab ecclesia tolerat̄: vt saltē vere rūdie rubore suffusus / pro latēti excessu satisfacē ꝯpellat̄. ¶ In articulo vero scd̄e qōis rn̄dem⁹ q̄ occisores clericoꝝ aut pb̄roꝝ qui contēpto[l] clericali habitu tirānidi et enormitati se iuerecūde imiscent: in odiū clericalis excessus: et terrorē atq̄ correctionē similium / canone late sententie

clemētia. ff. de solu. q̄ reo. §. areā. C. de remis. pig. cum ex causa. Quidā dicunt q̄ opoitunitate recepta recidūt ī excōicationē. ar. xxvj. q. vj. q̄ recedūt. et c. de his vero. et C. de his q̄ bo. ce. pos. l. pe. ff. de solu. ca. pe. qd̄ nō placet. libertas eīm q̄cuis indebite obtēta nō retractat̄. C. si aduer. lib. l. j. et. ḡ. qd̄ si nō fecerit tanq̄ piurus habebit̄ et posset compelli vt iuramentū seruet. ar. ē. de iudi. nouit. b.

a ¶ AD hec. ¶ hec de cf. erat ḏ rescpt. ¶ Glosa sequēs arg. duo.

b ¶ Alijs. Immo p̄mo loco remittit̄ absolutio suo excōicatori. ē. de rescrip. ab excōicato. et hoc cū sentētia lata est ꝯ formā cōcilij. vt ibi d̄r. qd̄ habeo. j. e. sacro Et est ar. q̄ semper rescriptū debet esse obtentū scd̄m stilū romane eccl'e. al's suspectū habet̄. ē. de cri. fal. q̄ graui. in fine. Item est arg. ex eo qd̄ fieri consueuit. xxviij. di. ḏ syracusane. et. ē. de cle. coniuga. diuersis. et. ff. ad senatus consul. maced. l. iij. et l. item si filius §. quod dicitur.

¶ Glosa seq. distinguit inter excōicatū pro iniectione et contumacia vel crimine manifesto.

c ¶ Sufficienti. Cū q̄s est excōicatus: pro iniectione manuum in clericos. sola cautio iuratoria sufficit. ē. eo. ex tenore. et j. eo. cū desideres. Cū vero ꝑ cōtumacia vel crimine manifesto sufficiens debet cautio prestari. j. ti. p̄ri. et parte. vbi de hoc. sic etiā cū data est possessio causa rei seruande. ē. de sequest. ad hoc. in fi.

diuisio EA noscitur. ¶ Primo exceptionē ponit. Secundo regulam ibi: alios. Tertio quandam determinationem ibi: si vero. Ab. si.

d ¶ Mulieres. ē. e. mulieres. et j. eo. q̄uis. vbi multe tales persone excipiuntur.

e ¶ Ualitudinarij. Isti ꝑpter infirmitatē absoluūtur: ita tamen q̄ si cōualuerint: sedem ap'licam visitabunt mandatum apostolicū recepturi. ē. e. decetero. et j. eo. quod de his. et c. q̄uis. in fi. et hic in fi.

f ¶ Iuxta facultates. Hoc semp intelligendū est secundū q̄ satisfacere pōt satisfaciat. qd̄ si non pōt in penā aliā pōt cōmutari. arg. ē. de maledi. ca. ij. vel expectet q̄diu facere possit cautione recepta. ē. de solutio. c. pe. vbi de hoc. Nā inanis ē actio / quā excludit inopia debitoris. ē. de restit. spol. olim ij. ff. ḏ dolo. l. nā is. Ber.

Paupertas facit actionē inanem.

¶ Gl. se. signat ꝯtrium et soluit.

g ¶ Pauperes. j. e. qd̄ de his. et eo. q̄uis. contra Sol. ibi loquit̄ de his qui tāta paup̄tate laborant q̄ ad curiā ire nō p̄nt: ✝ hic de his q̄ p̄nt ire: lz paupes sint.

✝ Sz q̄lit ꝑbabit paupertas no. i. l. paupertas. in glo. ff. ḏ excu. tuto. et in. l. nō nulli. ff de ac. cu.

h ¶ Legato. j. eo. ad eminētiā. et c. q̄uis. qd̄ ex officio legatiōis licet. ē. de offi. lega. q̄ translationem. alij ꝑo legati q̄ de latere pape nō mittūt̄ seruēt s̄m qd̄ d̄r ē. ḏ of. leg. c. pe.

i ¶ Recepturi. ē. e. decetero. vbi ḏ hoc. Ber.

CUm nō ab. Duo sunt dicta. secūdū ibi in articulo. Ab.

¶ Glosa sequēs tribus rōnibus adiuuat textū: et ponit contrariam opi.

k ¶ Denūciatus non sit. Et sic q̄ celto scio aliquē excōicatum statim debeo ipm vitare q̄uis non sit denunciat⁹: nisi solus hoc sciā: vt hic dicit. et vij. q. ij. si tantū. et c. placuit. argu. ij. q. vij. plerīq̄. qui enim scit certiorari non debuit. ff. de ac. emp. et ven. l. j. in fi. et xxiij. dis. si inimicus qr excōicatio executionē secum trahit. ē. de appel. pastoralis. et denunciatio non fit: nisi ꝑpter ignorantes. deus enim ligat et non homo. xj. q. iij. nemo contemnat. Io. fauen. contradixit et male q̄ ante denunciationem non est vitandus.

l ¶ Cōtempto clericali. Propter hoc solum nō perdunt priuilegium. ē. e. si vero aliquis. nisi post trinā admonitionem. j. eo. in audientia. et capitulo contingit. ij. et. ē. de aposta. capitulo. j.

¶ Glo. se. alle. duas ꝯtor. r duo iura in ꝯriū et soluit.
a ¶ Minime coercenṫ. Sic. J. e. ppēdim⁹. r. S. d apo sta. ca. j. Ar. ꝯ J. eo. in audientia. r. c. cōtingit. ij. vbi ex pectaṫ admonitio. Hoc intelligiṫ de his q̄ nō sunt ꝯtēti arma portare: sed sevis enormitatib⁹ se imiscent vt hic patet. r. S. d aposta. ca. j. et J. e. ppēdim⁹. contraria intelligūtur de his q̄ taliter nō excedūt licet portent arma vnde illi vsq̄ ad trinam admonitionē gaudeāt priuilegio suo vt ibi dī. si. S. de vi. r honesta. cleri. c. vi.
b ¶ Asperior. No. q̄ ex psona augeṫ crimē. xl. disti. hō. ff. de re mili. oē delictū. §. j. de pe. dis. j. §. aut facta. et S. ii. pri. questi. tum. Ber.

municato. Lex: ppter eandē legem q̄ est viro r vxori vxor pōt cōicare viro. xj. q. iij. q̄m multos. r J. eo. inter alia. Humile: sicut est i filijs: seruis: ancillis: mercēnarijs. vt in pri. ꝯcor. Res ignorata. vt hic ex eo q̄ dicit sciēter. r in ca. q̄m. r. S. de homi. sicut §. illi pterea. ita q̄ ignorātia nō sit crassa. S. d clerici. excōi. mi. apli ec. r. xij. q. ij. qui r humanis. Necesse. in cap. q̄m multos. ar. J. eo. inter. Tan.

diuisio

Cum desi. ¶ Quattuor sunt dicta. scdm ibi: cui qōni. trtiū ibi: secūde q̄stiōi: q̄rtū ibi. tertio loco. ab.
c ¶ Cōtonem reddidit. Et male: qr cum ipse debeat alios phibere ipse hoc facere non dz. ff. si serui. vē. l. alti⁹. S. d na. ex li. vē. ca. vnico. vbi de hoc. in auten. vt dif. iudi. §. hec autē omnia. in fi. coll. ix. r. xvj. q. j. in canonibus.

minime coercenṫ inuligaṫ tñ eis pnia cōpetēs aliquātulū asperior q̄ si in laicos talia cōmisissent. Idem. ¶ Añ absolutionē cōicādu nō est excōicato lz iurauerit parere mādatis ecclie vel ꝯposuerit cū offenso. h. d. Infamato de excōicatione cōicandū non est: nisi se purget. vel ad cautelā absoluat. h. d. scdo. Ca. xv.

Cum desideres: r infra Fuit aūt prie qōnis tenor hmōi. vtrū alicui excōicato: q̄ mādato ecclie stare iurauit: et añ absolutionē eps ei cōtonē reddidit: sit cōicādū ab alijs? r an eps id faceṫ debeat. ¶ Cui qōi. t. r. q̄ cū cautio iuratoria quā hodie q̄ excōicati sūt pstēt: poti⁹ ad cautelā ex ꝯsuetudie ecclie q̄ rigore canonū sit iducta: neq̄ momenti tā validi reputeṫ q̄ nisi absolutiōis bñficiū subseq̄ṫ ille q̄ excōicaṫ debeat cōioni aliorū restitui: pserti cū ex eo iuramēto absolutionē ꝯsecutus non sit: r ꝯstat eū excōicatū fuisse: et verū sit absolutū nō esse. nec eps nec alij debent cōicare eidē: nisi fuerit sm formā ecclie post iuramētū pstitū absolut⁹: qr qui cū excōicato sciēter cōicauerit/ excōicatōis penā ꝯtrahit cū eodē. ¶ Scdo q̄stioni hūc finē duxim⁹ imponēdū q̄ si publica fama est aliquē verberasse clericū: nec eps/ nec ali⁹ cōicare sibi debet: nisi ad arbitriū epi de hoc se purgauerit: vel ad cautelā absolutionis bñficiū cōsequaṫ. ¶ Tertio loco tua discretio requisiuit: si clericus verberat⁹ epo mediāte cū suo verberatore cōposuerit: r ille reconciliat⁹ sibi fuerit: an p hoc is debeat ad aliorū cōtonem admitti? Sup q̄ tibi bre. re. q̄ lz ille qui violētas man⁹ iniecit ei quē lesit satisfecisse taliter videaṫ ecclie tñ quā offendit ex hoc non satisfecisse dinoscitur: et nisi forma ecclesie que p absolutiōe taliū itroducta ē obseruet: non est cōicandū eidē.

g ¶ Si publica fama. No. q̄ si fama ē aliquē esse excōicatum vitand⁹ est. ff. S. de cle. ex. mi. c. illud. Et sic fama facit pbationē: r fama impedit mrimoniū ꝯtrahendū. S. de consangui. r affini. c. super. eo.
h ¶ Ad cautelam. J. e. venerabili. r. S. de app. ad psentiā. et de ꝯse. di. iiij. si nulla. arg. vt sic fama tollatur.
i ¶ Quam offendit. Quā ille dimittere nō potuit. xxiij. q. iiij. si es q̄. r. lxiij. di. salonitane. r est ar. q̄ hec iniuria nō solū sit iniuriato: sed toti ordini clericali. J. eo. cōtingit. ff. S. de fo. competen. si diligenti. vnde iste non potuit pacisci super iniuria quaten⁹ ecclesiam contingebat nisi forma ecclesie fuerit obseruata: vt hic dicit.

† Adde q̄ et de iure ciuili sententia excōi. approbaṫ. l. placet. et qd ibi not. C. d sacro san. ec.

Fama facit pbationem.

d ¶ Ad cautelā. Ut post absolutionem timore iuramēti filius ptimescat. xxiij. q. vi. pessimā. r sic iuramentū non est de substātia absolutiōis. vt. J. dicā. item argu. q̄ aliq̄d faciendū est ad cautelā futuroꝝ. xxiij. di. in noīe dñi. r. S. de elec. licet. r. lxiij. di. cum adrianus r exēpla psentia nos pcauere faciūt in futurū. lxxxij. di. plurimos. ad fi. r. ff. loca. si quis domū. §. j. Bern.
e ¶ Prestitū. Scdm q̄ dictū est. S. eo. ex tenore. sed forma ecclie obseruari generaliter debet: nec omittiṫ nisi ex causa. J. eo. super eo. sed si iuramentum omittatur. tamen tenet absolutio. Ber.
¶ Glosa sequens ponit quinq̄ casus quibus participans excōmunicato non incurrit minorem.
f ¶ Penam ꝯtrahit. Nisi in casib⁹ q̄ cōtinenṫ in his versib⁹. Hec anathema q̄dam soluūt ne possit obesse Utile: lex: humile: res ignorata: necesse. Utile ppter vtilitatem meam et ne ille cōmodum habeat possum cōmunicare excōicato. J. e. si vere. Item ppter vtilitatem excōicati possum ei cōmunicare in his que pertinent ad eius salutem. J. eo. responso. r ca. cū voluntate. in pn. r. xj. q. iij. antecessor. r. c. seq. r. c. cum excommunicato.

Excōicatis qñ q̄s cōicare pmittiṫ.

¶ Glo. se. q̄rit arg. negatiue r soluit contrarium.
k ¶ Nisi forma ecclie. Ut. s. iuramento pstito q̄ stabit mādato ecclie absoluaṫ. vt. S. e. c. j. j. rñ. in fi. r. S. e. ex tenore. r. c. deceto. Sz q̄d si iuramēto omisso fuerit absolut⁹? ar. est h̄ q̄ nō teneat absolutio. r hoc q̄dā cōcedūt: sz hoc nō credo: qr iuramētū nō ē de substantia absolutiōis: sz recipiṫ poti⁹ ad cautelā ne decetero talia psumāt. vt. S. e. c. in pn. r aliq̄ absoluunṫ sine iuramēto qd nō fieret si esset de substātia. J. e. sup eo. et. J. e. a nobis. in fi. r sic tenet absolutio: lz nō debeat sine iuramēto absolui. qr libertas vbicūq̄ obtēta fuerit nō reuocaṫ. C. si aduer. li. l. j. r. ij. r sic lz cōposuerit necessaria est absolutio. sec⁹ est in cautione facta ppter nouum opus nūciati. vbi nō est op⁹ vt post cautionē remittat. ff. de remis. l. j. §. j. ibi: plane. r qd dicit nisi forma. rc̄. intelligendum est principaliter de absolutiōe cū iuramento: que tamen q̄tū ad veritatem eadē est cū illa que fit siue iuramēto. sz forma ecclie generaliter. dz obseruari: nec dz omitti nisi ex cā. J. eo. sup eo: sz si iuramentū omittatur: nihilominus tenet absolutio.

Absolutio excōicationis data omisso iuramēto/ an teneat.

diuisio V Eniens. ¶ In prima ponitur conquestio. In secunda prouisio ibi: ideoq;. Abbas.

a ¶ Celebrationē. Ex hoc presumit q̄ bono zelo et nō aio iniuriādi man⁹ in eū apposuit. sola eni temeritas z violētia notat. S. e. c. j. z. xvij. q. iiij. si qs suadēte. Et ita patz q̄ sacerdos turbantem officiū diuinū sine pena excōicatiōis pōt expellere de ecclesia: et q̄libet ali⁹ ratiōe officij q̄d obtinet in ecclesia: et etiā seniores de ipsa ecclesia. J. e. cū volūtate. §. ij. vbi notatur in quib⁹ casibus excōicatus nō est q̄ manus mittit i clericū.

b ¶ Ex hoc ip̄z id est ex hac tali z leui castigatione non incidit in canonē: z maxime quā in propria persona voluit exercere. argu. J. e. vniuersitatis. ff. loca. itē q̄rit §. iulianus ff. ad. l. aquil. si z si quecunq; §. vltimo. Ala.

P Eruenit. ¶ Alanus dixit q̄ ista decre. cōtinet specialē indulgentiā. alij dicūt q̄ ius cōe cōtinet: ad q̄d ergo posita esset. xix. dist. si romanoꝝ. vt officeret potius q̄ prodesset z in errorē duceret. q̄ contineat ius cōmune est arg. S. in cōstitu. gregorio. in prin. libri. et sic per hoc licitū est episcopis tales absoluere pro modica iniuria et leui irrogata et huiusmodi leuis iniuria potest leuiter emēdari. S. de accusa. cū dilecti. j. que etiam non infamat. S. de re iudi. cum te. vnde satis possunt episcopi beneficio hui⁹ decre. absoluere tales ex generali concessione. vel dicas vt Ala. quod est securius. Ber.

Sūmarium. S Ignificauit. ¶ Cōmunicās in diuinis excōmunicatis per papā: q̄r diuina celebrat excōicatus est excōicatione maiori: z per solū papā absoluēdus. h. d. secundum vnum intellectum. Abbas.

¶ Glosa sequēs ponit tres lectu. z reci. potest obijci do de decre. nuper. c. j.

c ¶ Eadē. Sez q̄ ad priuationē sacramētoꝝ: z sic intelligit. xj. q. iij. excōicatos. z. c. seq. vel forte hi fuerūt excōicati cū oib⁹ participātib⁹ eis. xj. q. iij. excellētissimus. J. e. q̄d in dubijs. in fi. et ita expone eadē sentētia scz maiori. vel isti participauerūt excōicatis in eodem crimine criminosis. z ita eadē snīa cū illis ligant. vñ remitti debēt ad suū excōicatorē absoluēdi. J. e. nup. z. c. si ꝯcubine. z hoc veri⁹ credo. B.

I dem. ¶ Sacerdos eijciēs regularem de ecclesia officia diuina turbantem excommunicatus non est. Ca. xvi.

V Eniēs ad ap. se. J. lator p̄sentiū sua nobis assertiōe mōstrauit: q̄ cū matutina officia celebraret: q̄dā monialis ecclīaz igrediēs: cū alio clerico ludēdo ipedimentū p̄stabat: q̄min⁹ deo diuinū posset obsequiū exhibere. vñ memorat⁹ sacerdos cōmot⁹ vt liberi⁹ posset circa diuinorū celebrationē[a] vacare: manib⁹ in eā appositis vt extra ecclesiā pōeret cū nollet exire i trahēdo ipam/ coegit eādē extra ecclīam residē: sz tu illū ꝓpter hoc tāq; excōicatū euitasti et facis ab alijs euitari. ¶ Iōq; manda. q̄te. si res ita se hz/ cū decetero nō euites: cū ex hoc ipsum[b] excōicatum nullatenus videam⁹. I dē.

¶ Excōicati ꝓ leui manuum iniectiōe in clericū p̄nt p epm absolui. h. d. s̄m cōem lectu. et est text⁹ singularis. Ca. xvij.

P Eruenit ad nos: z īfra. De his absoluendis q̄ clericis nō enormē: sed modicā et leuē iniuriā irrogarunt: tue fraternitatis arbitrio duximus cōmittēdum. I dem.

¶ Clericus qui sciēter z spōte participat excōicato in diuinis officijs/ excōicatus est maiori: et tm̄ absoluēdus per papā. h. d. s̄m panor. C. xviij.

S Ignificauit nobis: z infra. ¶ Uerū clericos q̄ scient z spōte p̄ticipauerīt excōicatis a nobis: z ipos i officijs receperūt: eadē[c] excōicatiōis snīa cū ipsis nō dubitam⁹ iuolut: q̄s et ꝑ bñficio absolutiōis hñdo ad nos volum⁹ cū lr̄aꝝ tuarū insinuatiōe remitti. I dē. ¶ Excōicat⁹ ꝑ iniectiōe manuū i clericū vel incēdiari⁹ post publicationē a solo papa absoluit. Ca. xix.

T Ua nos duxit fraternitas ꝯsulēdos: z ifra. ¶ Fraternitati. t. t. r. q̄ cū nō solum qui in clericos temerarias[d] manus iniiciūt: sed etiā incēdiarij[e] ex quo sunt ꝑ ecclesie sententiam publicati[f]: pro absolutionis bñficio ad apo. sedē sunt mittendi. I dem.

¶ Legati de latere absoluere p̄nt excōicatos ꝑ iniectione manuū in clericos. Ca. xx.

A D eminētiā se. apo. et īfra. ¶ Sicut ex parte tua nr̄is est aurib⁹ intimatuz tibi extitit dubiū: vtrū absolutionis bñficiū assequant q̄ ꝑ

diuisio T Ua nos. ¶ Prio ponitur decisa consultatio. secūdo responsio ibi: fraternitati. Ab.

d ¶ Temerarias. Largi⁹ est hoc intelligēdū q̄ si violētas dixisset. q̄dā ei manus dicūt temerarie lz nō violēte. J. eo. cōtingit.

e ¶ Incendiarij. Incendiarij eni excōicādi sūt xxiij. q. vlti. pessimā. z scōz leges igni tradunt. ff. de incē. rui. naufra. q̄ cedeo. vl' capite puniunt. ff. de pe. l. capitaliū §. nōnūq;. cū distinctione illi⁹ §. nōnunq;. B.

¶ Glo. se. signat cōtrariū z soluit solutioni opponit et oppositioni respondet.

f ¶ Publicati. Ergo vr ex hoc q̄ ipso facto sint excōicati. al's nō vr q̄ haberet locum publicatio. et sic est argu. J. xxiij. q. vlti. pessimā. vbi p̄cipiuntur excōicari. vñ q̄dā restringūt hoc ad incendiarios ecclesiaꝝ et religiosoꝝ locoꝝ. J. eo. cōquesti. et. xj. q. iij. canonica. et xvij. q. iiij. oēs ecclesie. vñ post publicationem a papa tm̄ sunt absoluendi. z hoc in odiū eoꝝ statutū fuit hic ad terrorē alioꝝ. Sic q̄nq; priuant aliqui ecclesiastica sepultura ad terrorem alioꝝ. S. de torne. c. j. z. S. de rap. sup eo. sed q̄r hoc nō distinguit de oib⁹ intelligas Tn̄ nō credo q̄ oēs incēdiarij g̃naliter ipso iure sunt excōicati. nisi de incēdiarijs ecclīarum cū de alijs non inuenīā. Et ꝑ hāc decre. nō probatur q̄ ipso iure sint excōicati: sed illis primo excōicatis ab ep̄is subsecuta publicatiōe ac denūciatione papa per hanc decre. reseruat sibi eoꝝ absolutionē ad terrorē vt dixi. al's ep̄i possent absoluere omnes incendiarios. J. e. nuper.

Incendiarij oēs an sint ipso iure excōicati.

diuisio A D eminentiā. ¶ Primo ponit dubitatio. Scḋo dubitationis decisio. secūda ibi: super quo. Ab.

a ¶ A latere. Qui dicūtur missi a latere domini pa pe habes. §. de offi. leg. c. penul. ⁊ vlti. ⁊ in cōsti. Inno. iiij. eo. titu. officij nostri.
b ¶ Pro tpe. i. postq̄ egressus est vrbē q̄usq̄ reuersus est lz iurisdictionē non habeat: nisi in ea p̄uincia q̄ sibi decreta est. ff. de offi. procon. sul. l. j. et vlti. et hoc ex officio legationis licz etiā q̄uis de hoc nō habeāt speciale mandatū vt hic dicit. ⁊ §. d offi. leg. q̄ trāslatio nē. ⁊ j. e. q̄uato. ⁊ §. e. ea noscitur. De aliis qui non sunt missi de latere pape an pos sint tales absol uere habes. §. d de offi. leg. c. penul. ⁊ vlti.

quicq̄ facit factū iam p̄ sniam excōicationis dānatū indicat excōicat⁹ quasi a canone. arg. xxiiij. q. j. c. j. §. ⁊ iij. ⁊ pp̄ter delictū ibi cōmissum intelligātur esse de parrochia sua: ⁊ sic excōicati sunt: nec excusatur eo q̄ dicūt se ignorasse sententiā q̄z ipsi cū rem illā illicitā ⁊ p̄hibitā faciant statim sunt i cul pa: ⁊ potuerunt querere de hoc. Quid si moriat vel trāsferatur ad aliā ecclesiaz q̄ tulit illā senten tiam: nūquid te net post mortez vel recessum vt qui cōtra faciāt sint excōicati? vt dicit q̄ sic. q̄z fert p̄ta ep̄orū anathema nāāt etiā post mortē ⁊ facere p̄nt decretū ita vt qui ꝯ facit punit. iij. q. iiij. null⁹. ⁊ §. de ma io. ⁊ obe. ca. ij. et §. de offi. lega. c. vlti. Arg. cōtra dicit lex q̄ inter dictū non durat vltra iurisdictio nē interdicētis. ff. de pe. l. vlti. di ca pōt q̄ interdi ctū siue sentētia excōmunicatio nis simplr latat non durat vltra tēpus p̄ferētis: nisi successor eā cōfirmet et ratā habeat. Sed cū diffiniendo sta tutum siue decretum aliquod facit: ligat etiā post recessum: quia statuta talia perpetua sunt. §. de offi. lega. c. vlti. ff. de offi. prefe. vrb. l. j. ¶ vlti. C. de postu. l. j. nisi expressum per successorem reuocetur. Ber.

iniectione manuū in clericos vel alias religiosas personas excōicationē incurrerūt: et a legatis cardinalibus qui a latere[a] romani pontificis destinātur p̄ tēpore[b] absoluūtur. cū iidē legati mandatum sup hoc non ostēdant expressum. ¶ Sup q̄ id a te volum⁹ obseruari: vt eos habeas absq̄ oi hesitationis scrupulo absolutos: quos cōstiterit a talibus bñficiū absolutiōis adeptos. I dem.

¶ Gñalis excōicatio non ligat nisi subditos p̄ferentis. Capitulum. xxj.

A Nobis fuit ex p̄te tua q̄situm vtrū si q̄s ita p̄ nūciauerit: q̄sq̄s[c] furtum fecerit excōicatus sit/ hec gñalis clausula ad ipsi⁹ excōicatoris subditos referat: an gñaliter extēdatur ad oēs qui nō sunt de iurisditione illi⁹? ¶ Ad q̄d dicim⁹ q̄ hac snīa nō nisi subditi[d] obligant: nisi forte plus[e] cōtulerit maior et largior auctoritas delegantis. I dem.

¶ Qui cū effractione spoliāt ecclesias excōmunicati sunt ⁊ p̄ papā tm̄ post denūciatiōnem absoluuntur. Cap. xxij.

C Onquesti sunt nobis regiñ. canonici: q̄. J. de malafrena et ei⁹ sequaces quasdam ecclīas regiñ. ep̄at⁹ violēter confregerunt: easq̄ spoliare minime dubitarunt. ¶ Quoniā igit̄ grauia sunt nec clausis debent oculis preteriri. Mād. quatenus si est ita: memoratos sacrilegos excommunicatos[f] nuncietis: et faciatis sicut excommunicatos artius euitari: donec passis iniuriam congrue satisfaciant. et damna pro eis data resarciant: et cum litteris vestris rei veritatem continentibus apostolico se cōspectui representent[g]. I dem.

¶ Percutiens vel etiā interficiens clericū se dimisso clericali habitu seuis enormitatibus immiscentē: nō tenetur ire pro absolutione ad sedem apostolicā. Ita gñaliter summari potest. Capitulū. xxiij.

A Nobis. ¶ Prio ponitur questio. secūdo solutio ibi: ad quod. Ab.

c ¶ Quisquis furtum. Hac forma verborū oēs noiatim intelliguntur excōicati. q̄ furtū cōmitētūt tanq̄ expressis p̄prijs nominib⁹. ff. de cōdi. ⁊ demō. nomina tim. ⁊ insti. de exhere. lib. ¶ masculos. B.

¶ Glo. se. obijcit et soluit: et ꝯ sol. obijcit et r̄ndet. demū q̄rit. ar. pro ⁊ cōtra. ⁊ soluit.

d ¶ Nō nisi subditi. Sed ꝯ vr̄. q̄z rōne delicti efficit q̄s de iurisditione illi⁹ q̄ tulit sniam. vj. q. ij. placuit. et iij. q. vj. vbi cā. C. vbi de cri. agi. opor. aut̄. qua i p̄uincia. ⁊ §. de priuile. ex tuap̄. vbi de hoc. ergo vniuersi ligātur cū q̄stum ad hoc sint ei⁹ subditi. R̄ndeo si generaliter intellexit, quisq̄s furtū fecerit vbicūq̄ clausula ista nō refert nisi ad subditos vt hic dicit. q̄m extra parrochiā suā nullā habet iurisditionē. vnde illa sentētia nō extēdit vltra terminos sue iurisditionis. ff. de iuris. om. iu. l. vlti. ⁊ §. de offi. lega. nouit. Comprehēdit ergo tm̄ subditos suos etiā delinquētes in ei⁹ parrochia: cū ex hoc ipsi subditi sint. nā rōne delicti sortit quis forū. §. de fo. cōpe. c. vlti. ⁊ in predicta cōcor. nā et preses p̄uincie aduersus extraneos hoies habet imperiū cū malū cōmiserint. ff. de offi. presi. l. iij. nec distinguitur vñ sint vt ibi. Sed videt̄ q̄ per talē sententiā nō sint ligati aliq̄ de alia prouincia. cū ipsi ignorent talē sniam licet ibi delinquāt et efficiātur de foro illi⁹ vt per hoc possit illos punire. sentētia enim non ligat ignorantes: ⁊ precipue illos quibus publicata non est lxxxij. dist. p̄posuisti. xvj. dist. q̄d dicitis. Dicas q̄ bene sunt excommunicati: q̄z incidūt in factum dānatum:

Excōicatio an ligare possit ignorātes.

e ¶ Nisi forte plus. Arg. q̄ sententia que nulla est pōt rata haberi: ⁊ erit aliqua. ij. q. j. in primis. † Ber.

† hoc arg. ex text. nō colligit nā mēte līe ē q̄ nō subditi nō ligātur nisi ex speciali auctore superior fuerit sibi concessum nec astrigit ei⁹ snia

C Onquesti. ¶ Primo ponitur querela. scd̄o iudicum datio. secūda ibi: quoniam igitur. Abbas.

¶ Glo. se. ar. ⁊ distiguit ponit opi. hug. quā determinat

f ¶ Excōicatos nūcietis. Ergo vr̄ ex hoc q̄ ipso iure sint excōicati hmōi sacrilegi. q̄d verū est de hmōi violatoribus ⁊ effractorib⁹ ecclesiarū siue incēdiarijs. xj. q. iij. canonicas. ⁊ xvij. q. iiij. oēs ecclesie. de quib⁹ intelligitur illa duo ca. Alij vō nō sunt excōicati ipso iure: sed excōicandi vt dictum est. §. e. tua. h. tñ dixit q̄ illa capitula non sunt late sentētie. sed hec decre. contrariū ostendit. ⁊ ita etiā seruatur. sed hug. intellexit c. illa non de effractoribus ecclesiarum. sed de his qui aliūde aliqua rapiūt preter effractionem. Ber.

g ¶ Representent. Ex quo eni incēdiarij vel effractores ecclīay publice denūciati sunt: nō possunt absolui nisi a papa: sed ante bene si satisfacere volūt: quia cōditor canonis ante denūciationē eoy non retinuit sibi

corū absolutionē. J. eo. nup. ꝛ hoc ad terrorē olim statutum fuit ꝓpter enormitatē excessus. S. eo. tua. Ber.

diuisio

Perpēdim⁹. ¶ Primo ponit consultatio. secundo responsio ibi: fraternitati tue. Ab.

a ¶ Nō ꝓpulsando. Nā vim vi repellere licet. S. e. si vero. §. j. ꝛ S. de homi. significasti. vbi de hoc.

¶ Glosa sequēs signat cōtrariū ꝛ remittit.

b ¶ Absolutionem. Sic. S. eo. cū nō ab hoie. ꝛ S. de aposta. c. j. J. e. in audiētia. cōtra sed illud solutū est. S. eo. cū non ab hoie.

¶ Glo. seq. obijcit ꝛ soluit.

c ¶ Cogātur. Sz ꝯ videt: clericus non pōt renūciare priuilegio suo. J. e. cōtingit. j. et. S. de foro cōpe. si diligenti. Dic q mando cleric⁹ nō pōt renūciare vt i cōtrario: sed apostatādo ab habitu suo post trinam admonitionem vel imiscendo se enormitatib⁹ priuilegiū amittit: vt hic ptz. ꝛ S. e. cū nō ab hoie. ꝛ J. e. in audiētia. ꝛ. e. cōtingit. ipso em̄ fctō se puāt talia faciēdo. S. de vi. ꝛ hone. cleri. capi. vlti. ꝛ S. de clerico coniu ga. capi. pe. argu. Ber.

Perpēdim⁹ ex lrīs tuis q quidā sacerdos ꝓ eo q se filium regis falso noīare ꝑsumpsit: ꝛ armis accept̄ seditionē fecit et guerrā a. B. comite iussus est fustigari: q postea ei⁹ mandato traditus patibulo expirauit: et infra. ¶ F. t. duxim⁹ rñdēdum q si memorat⁹ sacerdos tali mō excessit: ꝛ nō ꝓpulsando[a] sed inferēdo iniuriā fuit occisus: nō vr̄ nobis q interfectores ei⁹ ꝑ hoc ad obtinēdā absolutionē[b] ap. se. adire cogant[c] tu ꝟo q merita ꝑsonarū bene nosti: pniam eis cōpetētē[d] iniūgas. I dē. ¶ Judex eccliasticus faciēs ꝑcuti clericū ꝑ latcū: ēt cā disciplinē: excōicat⁹ est: ꝛ ipe. ꝛ ꝟberans ꝑ absolutiōe tenet ire ad papā. c. xxiiij.

Uniuersitatis vr̄e consultationē accepimus qua nos requisistis. verū laicus incidat in excōicationis edictū q ad iussionē abbatis in cui⁹ ꝯuitio cōmorat: in clericū monachū: aut cōuersum temerarias manus ꝑsumit iniicere: maxie vbi cā nō subest[e] ꝓpter quam debeat ꝟberari. ¶ Nobis aūt vr̄ q nisi cā regularis disciplinē hoc faciat abbas in propria ꝑsona[f]: vel (si necessitas viget) ꝑ clericū vel monachum fieri iubeat[g]. tā q tales ꝟberari ꝑcipit/ q̄ꝫ illi qui verberant (etiā si causa subesset[h]) excōicatiōis sn̄iam donec ad apo. se. veniant: nequaq̄[i] euadūt. I dē. ¶ Cleric⁹ vt laicus incedēs tertio monitus non resipiscēs ꝑdit priuilegiū clericale. C. xxv.

In audientia nr̄a talis fuit ex parte tua ꝓposita cōsultatio vtrum clerici qui arma militaria (relicto habitu clericali) gestare nullatenus erubescunt: si eis fuerit iniuria corꝑalis illata: vel se a captiōe redemerint: illa clericorum debeāt immunitate gaudere: q ꝑ temeraria manuū iiectiōe fctā i clericū excōicat⁹ qs ipso iure notat[k]? ¶ Ad hec tibi breuiter rñdemus q cū frustra[l] eccle iploret auxiliū q cōmittit in ipam ꝛ lex[m] seculariū pricipū huic responso satis efficax afferat argumentum: qua manifeste cautū habet. matronā cuius pudicitia attētata fuerit non posse iniuriarū[n] agere: si i veret. J. e. cōtingit. Ar. ꝯ J. eo. vt fame. vbi clerici ꝑ laicos capiunt. Nō est ꝯ qr in alio casu diuerso loquitur. ibi de clerico q aliter capi ꝛ corrigi nō pōt nisi de mandato ꝑlatorum capiatur ꝛ ad iudiciū adducat. Ber.

ceat. ꝛ. C. de epis. ꝛ cle. auc. sz neq. Sol. aliud ē in epo ꝛ spāle q suis manib⁹ nullū ꝑcutere debet: cui sanctitas ignoscēdi gratiam derelinqt. C. de epi. ꝛ cleri. si qs in hoc: sz abbas hoc facere pōt. vt hic. ꝛ. xlv. di. cū beat⁹.

Eps nullū ꝑcutere debet.

g ¶ Fieri iubeat. Moderate. ita q nō excedat debitam correctionē al's pōt appellari ab ipso. S. d offi. or. irrefragabili. et puniri ēt dz. S. de app. de priore. ꝛ incideret in canonē. qr lenis et moderata castigatio pmissa est. j. eo. cū voluntate. §. ij. vbi de hoc.

¶ Glo. sequens signat cōtrariū.

h ¶ Subesset. Licet iusta causa subsit q aliter q̄ debeat facit/ non excusat. J. e. sacro. et sic neq in facto/ neq in modo faciēdi dz eē pctm̄. sic. S. d rest. spo. pisanis. Argu. contra q poti⁹ cā facti, q̄ ipm factū cōsiderari dz. xxiij. q. vi. occidit. et. S. de ac. cū dilecti. j. ff. d fur. verū. nec refert vnde cūq crimina clarerint vt corrigantur. xxiij. q. iij. ecce.

¶ Glo. se. textū fortificat. secundo signat cōtrarium ꝛ sol.

i ¶ Nequaq̄ euadūt. Etiā si monach⁹ cōsentiret.

¶ Glosa sequens exponit ꝛ querendo obiicit ꝛ soluit.

d ¶ Cōpetentem. Paulo maiorē q̄ si in laicos talia cōmisissent. S. eo. cū nō ab hoie. i fi. Sz qre iponit ei penitētia: qr q aucte iudicis malos interficit minister dei est. xxiij. q. v. miles. ꝛ. c. q malos. satꝭ pt dici q ad cautelā iponit pnia si comes ille habeat prāte hoc faciendi al's sec⁹ est vt hic. ꝛ in. c. cū nō ab hoie. in fi. Ber.

Sūmarium. diuisio

Uniuersitatis. ¶ Abbas q facit ꝑ aliū monachū verberari ipse ꝛ verberās sunt excōicati: et non absoluuntur nisi a papa. In prima ponitur consultatio. in secunda responsio ibi: nobis. Ab.

e ¶ Subest. Jdeo dicit maxime. qr idē est etiā si cā subesset. vt. j. sequit. sed hoc executor nō cōsiderat qui debet exequi: siue sententia sit iusta siue iniusta. S. de offi. delega. pastoralis. §. quia vero. Ber.

¶ Glosa sequens alleg. vnam concordan. ꝛ duo iura in contrarium ꝛ soluit.

f ¶ Persona. Sic. v. q. v. illi q. Ar. ꝯ. lxxxvj. di. nō li

In audiētia. Cleric⁹ q a ꝑlato suo monit⁹ arma militaria nō deponit ꝑdit oē priuilegiū clericale. h. d. Primo ponit cōsultatio. scdo rñsio ibi: ad hec. Ab.

Sūmarium. diuisio

k ¶ Notatur. Alio nodat. i. ligatur in melius.

l ¶ Frustra eccl'e. S. d imu. ec. c. vi. ꝛ S. ne cleri. vl mo. c. ij. ꝛ xvij. q. iiij. frater. ff. de vsur. qr frustra. ꝛ. ff. de mino. auxilium. in fi. et. ff. qd me. cau. isti quidem.

m ¶ Lex. ff. de iniur. itē apud. §. si qs virgines.

¶ Glo. se. alle. cōcor. ꝛ siīe. scdo qrit. argu. ꝓ ꝛ ꝯ soluit.

n ¶ Iniuriarū. Nō em̄ iniuriat mr̄imonio q ipsum ignorauit. C. d adul. si ea. sic nec militie aut etiā clericali q militiā ignorat. ff. de loc. si ignorās. S. e. si ꝟo aliquis. Quid si percussit laicum credēs ꝛ volens percutere clericū nunquid incidit in canonē? arg. q sic. S. de

biga.nup.et.c.vi.ff.ad.l.acq.sciam.§.ij.Ar.ℨ.ff.ad l.cor.de sic.l.j.§.diu⁹.vbi iudicat̄ ſm q̄ ſit: ꝛ nō ſm q̄ faciēs intēdit.ff.de iniur.ſi cū ſeruo.ꝛ.l.ꝑce.in fi.ſʒ in veritate nō eſt excōicat⁹ licet de iniuria teneatur.

a ¶ Meretricali. Et ſic ꝑdit ꝑuilegiū.ff.de ri.nup. ſenatoris filia.

ad violatores eccliarum.vt dixi.ʒ.eo.tua.ꝛ.c.cōq̄ſti. vel forte lata erat ſententia vt quicunq̄ violaret immunitatem eccłie eſſet excōmunicatus.

¶ Glo.ſe.rect.p.q.an plib⁹ de cauſis excōicat⁹ ſi i abſolutiōe tacet alterā adhuc ſit excōicat⁹.arg.pro.et ꝯ ponit quattuor opi.ꝛ ſoluit.

c ¶ Gloſa ſequēs alle.duas ꝯcor.ꝛ.iij.iura in contrariū et remittit. Iterū ſignat ꝯrium et ſoluit.

b ¶ Tertio. Si.ʒ.de vi.ꝛ hone.cle.c.vlt.et.ſ.c.ꝯtingit.Ar.ʒ.de apoſta.c.j.et ʒ.c.ꝑpendim⁹.ꝛ.ʒ.c.cū non ab hoīe ſʒ ibi ſoluit̄. Itē arg.ꝯ.ʒ.ne cle.vł mona.c.j. Sol.ibi non loqtur ꝺ tali captione: ſʒ ꝺ illis q̄ deprehēdunt̄ i adminiſtratiōe: nec ibi ſit mentio de manu iniurioſa ꝛ eccła nō defendit illos q̄ i fraude depҗendunt̄ quominꝰ teneātur: et ſic tangit hoc.

ſte meretricali[a] fuerit depҗēſa.hmōi clerici ſi a ꝑlatis ſuis tertio[b] ꝯmoniti/ militaria noluerit arma deponere: de priuilegio clericoꝝ ſubſidiū aliquod hr̄e non debēt. Idem.

¶ Excōicat⁹ ꝑpter iniectione manuū in clericū ipedit⁹ ire ad curiā: pōt ab inferiore abſolui:ſʒ ipedimēto ceſſāte tenet̄ curiā viſitare ſuſceptu ruꝰ mādatū aplicū. C.xxvj.

Sūmarium. Quod de his: et infra. ¶ F.t. dixim⁹ reſpōdendū.q̄ is q̄ aſſerit ſe in canonē late ſnīe incidiſſe:nō aliter q̄ꝫ ꝑ ſe.ap.vel ei⁹ legatū abſolutiōis pōt bñficium obtinere. ¶ Niſi forte in mortis articulo/vel pauptate[c] aut infirmitate/vel ſenectute tanta grauaretur:q̄ ad ec.ro. laborem ſubire non valeat veniēdi vł ab hoc alio ipedimēto canonico retrahat̄. ¶ Ceterū ab his in forma ſacramēti exigi cōſueuit vt reſumptis virib⁹ et opoꝛtunitate ꝯceſſa ro.ec.

in ꝑpria ꝑſona debeāt viſitare[d]. Innocē.iij.archiepō decano ꝛ ꝑcētori lugdun. ¶ Ligatus pluribꝰ excōicatiōibꝰ ſʒ ab eo dē tertiō obtinēs abſolutionē expſſa vna cauſa ſeu vna excōicatiōe: nō habet̄ ꝑ abſoluto quo ad aliā. c.xxvij.

